4)

SACRA RITVVM

CONGREGATIONE

Eminentissimo, & Reuerendissimo D. Card.

PTOLOMÆO

Viterbien.

Beatificationis, & Canonizationis

VEN. SERVÆ DEI SORORIS

HYACINTHÆ DE MARESCOTTIS

Monialis Professæ in Monasterio Sancti Bernardini Viterbij Ordinis Sanctæ Claræ.



MEMORIALE

Reassumptiuum Facti, & Juris cum Relatione Status Causæ

SVPER DVBIO

De Miraculis.



ROMÆ, Typis Reu. Cameræ Apostolicæ MDCCXXII.
Superiorum permissu.

Digitized by Google

CATALOGVS

Scripturarum editarum in hac Causa super dubio de Miraculis.

I *Positio magna impressa anno 1715., in qua continentur Informatio cum Summario Consultationes Medici Manfredi, Animaduersiones R. P. D. Promotoris, & responsiones ad easdem.*

II *Libellus impressus anno 1716., in quo sunt Vota, siuè Consultationes bo.mem. Lancisij, & responsiones datæ à Postulatoribus prò vindicandis tribus Miraculis à d. Lancisio reiectis.*

III *Libellus editus anno 1717., in quo sunt nouæ Animaduersiones R.P.D. Promotoris super tribus Miraculis à d. Lancisio approbatis, & responsiones Postulatorum ad easdem Animaduersiones.*

IV *Alter libellus editus d. anno 1717., in quo habentur postremę Animaduersiones R.P.D. Promotoris excerptæ ex Processu confecto d. anno 1717., & responsiones ad easdem datæ, cum Catalogo Auctoritatum, & Summario Additionali prò comprobatione 2., 5., & 6. Miraculi.*

Viterbien.

Beatificationis, & Canonizationis

VENERABILIS SERVÆ DEI

HYACINTHÆ DE MARESCOTTIS

Monialis Professæ in Monasterio Sancti Bernardini Viterbij Ordinis Sanctæ Claræ.

MEMORIALE

Reassumptiuum Facti, & Juris cum Relatione Status Causæ.

Beatissime Pater.



DITO iam pridèm sub die 30. Ianuarij 1715. per Sanctæ memoriæ Clementem Vndecimum Sanctitatis Vestrę immediatum Prædecessorem Decreto, quo declaratum extitit, constare dè Virtutibus Venerabilis Ancillæ Dei Hyacinthæ dè Marescottis, tùm Theologalibus, tùm Cardinalibus, earumquè annexis, in gradu heroico, fuerunt subindè à Postulatoribus exposita speciali examini sex Miracula ab Altissimo ad intercessionem eiusdem Dei Famulæ patrata; Cumquè ex illis tria tantùm fuerint approbata à bonæ memoriæ Ioanne Maria Lancisio tùnc Regnantis dicti Summi Pontificis Archiatro prò veritate requisito à claræ memoriæ Cardinali dè Abdua, dùm vixit, huius Causæ Ponente, nimirùm *secundum*, *quintum*, & *sextum*, præfati Postulatores eius Iudicio

mini-

minimè acquiescentes curarunt etiam alia tria à dicto Perito reiecta validis rationibus substinere, confutando ea, quæ in contrarium proposita fuerant, prout ex Libello impresso Anno 1716., ac vna simùl cum magna positione distributo.

2 Cum his scripturis habita fuit sub die 25. Augusti 1716. Congregatio ante præparatoria in ædibus præfati claræ memoriæ Cardinalis de Abdua, in eaquè Domini Consultores inhæserunt præcipuè in examine trium Miraculorum à dicto Lancisio approbatorum, cumquè super istis nonnullas excitauerint difficultates, quas nouis Animaduersionibus restrinxerat R. P. D. Fidei Promotor, fuit eisdem factum satis ex parte eorumdem Postulatorum in altero Libello edito Anno 1717., in quo pariter aliæ superadditæ fuerunt rationes prò vindicandis tribus Miraculis à Lancisio reiectis.

3 Conuocata successiuè fuit die 16. Martij Anni 1717. in Palatio Quirinali Congregatio Præparatoria, in qua cùm nonnulli ex Dominis Consultoribus, super sexto Miraculo dè sanatione instantanea Sororis Virginiæ Petanti ab Epilepsia, (licèt plenè constaret dè eius perfecta sanitate per decem, & octo menses perdurata) putauerint ad maiorem Miraculi fulgorem expedire, vt vlteriores probationes reciperentur super continuata sanitate dictæ Monialis vsquè ad illud tempus, hìnc vigore Literarum Remissorialium à Congregatione Ordinaria concessarum, compilatus desupèr fuit nouus Processus, cuius validitas deindè approbata extitit sub die 7. Augusti dicti Anni 1717.; Confectoquè altero Libello, in quo nedum datæ fuerunt depositiones dictæ Monialis sanatæ, aliorumquè Testium in eodem Processu receptorum, verùm etiàm responsum fuit nouis Animaduersionibus ex eisdem erutis à R. P. D. Promotore super sanitate dictæ Monialis, proposita deindè fuit Causa in Generali Congregatione coram prælaudato Summo Pontifice Clemente Vndecimo die 15. Martij 1718. habita, in qua tametsi quoad quintum, & sextum Miraculum maior suffragantium numerus prò approbatione conuenerit, nullum tamèn tùnc promulgatum fuit à d. Summo Pontifice Decretum eorumdem Miraculorum approbatiuum.

4 Quamobrem supplices post aliquod tempus, & præcisè dè mense Augusti 1720. eidem Summo Pontifici porrectæ fuerunt preces ex parte Postulatorum prò dicti Decreti promulgatione; Cumquè ille expediens existimauerit, se priùs certiorem reddere quoad sextum Miraculum, àn prædicta Monialis Virginia Petanti etiàm dè tempore, quo instantia promouebatur, perfecta sanitate gauderet, nec ampliùs vexata foret à morbo, à quo ad intercessionem nostræ Seruæ Dei vsquè ab Anno 1709. sana fuerat effecta, idcircò media Epistola instructiua à R. P. D. Fidei Promotore conscripta, hanc facti notitiam requiri voluit à Reuerendissimo Episcopo Viterbiensi, qui sub die 11. Septembris 1720. responsum dedit, dictam Monialem vsque ad illud Tempus à præfato morbo tactam ampliùs non fuisse, vt in præsenti *Sum. n. 1.*, & ipsemet R. P. D. Promotor testari non dedignabitur.

5 Superuento autèm deindè obitu dicti Summi Pontificis, causa sic in pendulo remansit, donèc ad Supremum Apostolatus apicem, toto plaudente Catthòlico Orbe, feliciter euecta Sanctitate Vestra, supplices ad eamdem preces suas porrexere Postulatores, vt opus à

Præ-

Prædecessore non completum perficere dignaretur, exoptatum promulgando Decretum dictorum Miraculorum approbatiuum; Verùm quià Sanctitas Vestra in re tàm graui cautè, ac tutò, vt par est, procedere volens, antequàm quidquam super dictis Miraculis decernat, satiùs duxit demandare, vt Causa super eodem Dubio Miraculorum reproponatur in Generali Congregatione coràm eadem Sanctitate Vestra habenda, in qua Eminentissimi Cardinales, ac Reuerendissimi Consultores eorum suffragia iterùm præstent, quemadmodùm ex eiusOraculo Postulatoribus notum fecitR.P.D. Fidei Promotor; Hinc est, quod ea, qua decet, reuerentia supremis hisce obsequendo mandatis, humilitèr exoramus amplissimos Patres prò benigna reassumptione omnium Scripturarum, super Miraculis hactenùs in hac Causa distributarum, quarum Catalogum facilioris studij gratia inseruimus à tergo primæ paginæ huius Memorialis; Ex ijs enim omnibus, alijsquè summatìm infrà adnotandis certò certiùs confidimus, elucere posse veritatem, ac releuantiam vniuscuiusque ex propositis miraculis, prò quorum approbatione eo ardentiùs instant Causæ Postulatores, quo certius persuasum habent, Venerabil. Hyacintham dè Marescottis, vbi tandèm à Sanctitate Vestra, vt sperant, Beatorum fastibus adscribatur, maiorem in dies tùm vniuerso Cattholico Orbi, tùm præsertim huic S. Sedi, & Sanctitati Vestræ intercessuram fore à Deo felicitatem.

6 Et sanè quod attinet *ad primum, tertium, & quartum* miraculum, licet hæc à prædicto bonæ memoriæ Lancisio reiecta extiterint, eorum tamèn releuantia videtur innegabilis ex solidissimis rationum momentis latè deductis tùm in magna positione, tùm in alijs enunciatis Libellis, in quibus clarè ostensum fuit, motiua reiectionis fundata fuisse in quibusdam facti suppositis omninò insubsistentibus; Cumque nihil in contrarium fuerit deindè oppositum, meritò credimus, quod dè eisdem quoquè habenda sit ratio, quin argumenta iàm adducta hìc repetere sit necesse.

7 Quod verò spectat ad alia tria miracula, nempè *secundum, quintum, & sextum*, res multò faciliùs transire videtur; Prò eorum namquè approbatione non solùm concurrunt Iudicia tùm Medicorum, qui Infirmorum Curis astitere, tùm prædicti bon. mem. Ioannis Mariæ Lancisij, qui prò veritate requisitus illorum morborum indolem exactissimè scrutatus est, quæ quidèm ad intentum sufficere deberent, cùm obuia sit Iuris regula, quòd in ijs, quæ spectant ad morbos, istorumquè qualitates, ac etiàm quoàd veritatem miraculorum in eorum sanatione Medicis plenè deferendum veniat, nèc ab eorum Iudicio, aut sententia sit recedendum, vt tradit Diuus August. *dè Ciuit. Dei lib.22. Cap.8.*, & probat pòst alios Francesc. *var. vtriusque Iur. resol. Cap. 28. num.42.*, & patet ex pluribus Relationibus Auditorum Rotæ, dè quibus Contelor. *dè Canonizat. Sanctor. cap.18. num.12.*, Bordon. *dè miracul. medit.7. num.22.*, Pignattel. *consult. Canonic. tom.7. consult. 26. num. 2.*, verùm etiàm adstipulantur omnia ea, quæ ab Ecclesia exquiri solent, adhoc vt sanationes prò miraculosis habeantur, nimirùm, quod morbus fuerit grauis, & Curatu vèl impossibilis, vèl saltèm admodùm difficilis, quodquè recesserit ab Infirmo ad intercessionem alicuius Sancti, siuè Dei Famuli absquè vlla medicamentorum ope, vel Crisi, vti vnanimitèr firmant Authores omnes dè hac materia tractantes.

8 Initium quippè sumendo à secundo miraculo *Instantaneæ scilicèt restitutionis visus Hieronymæ dè Rattis*, manifestè deprehenditur, morbum, quo dicta Hieronyma laborabat in oculis ab extrinseca causa deriuatum, nempè ab ictu silueftris virgulti, siuè fteterit ille in simplici ophthalmia, siuè transierit in albuginem, & suffusionem, vt probabilius est, & siuè adfuerit tantùm in sinistro oculo, siuè etiàm in dextero, grauissimum indubitantèr fuisse, & insanabilem conuincitur ex rationibus, atquè auctoritatibus non minus doctè, quàm fusè deductis in voto præfati Lancisij super dicto miraculo, nec non ex alijs fundatissimè expensis, tùm in magna positione, tùm in duobus libellis successiuè editis anno 1717.

9 Quod autèm Sanatio dictæ Hieronymæ à præfato morbo, seù Cæcitate contigerit in instanti, absquè vlla medicinæ ope, & absquè vlla, vèl minima Crisi, sed vnicè ad intercessionem nostræ Dei Famulæ Hyacinthæ dè Marescottis, & ad simplicem contactum Corollæ, quæ olìm fuerat dictæ Dei Ancillæ, plenissimè quoquè probatum manet *ex Summario magnæ positionis, & ex dd. libellis anno* 1717. *editis*.

10 Quìn attendenda videatur vnica difficultas fieri solita super exiguo numero Testium ad id probandum adductorum, vndè probatio ipsa videatur aliqualitèr defectuosa, nequè enìm perceptibile redditur quomodò dici possit defectuosa probatio, vbi in substantialibus concurrunt vniformes depositiones quatuor Testium dè visu prò vtroquè extremo miraculi attestantium; Si enìm exDeutoron. *Cap*. 17., & 18, habetur, quod = *in ore duorum, vel trium stat omne verbum* = & ex Apostol. in Epistola ad Hæbreos 10., quod = *irritam quis faciens legem Moysi, sinè vlla miseratione, duobus, vèl tribus Testibus moritur* = cùr quæso imperfecta dici velit probatio huius miraculi, in quo prætèr depositionem Hieronymæ Sanatæ, ac Georgei Bentiuoli nullo consanguinitatis vinculo cum eadem sanata coniuncti, concurrunt ex abundanti Testimonia Bernardinę Sororis, & Olimpię Lauiniæ eiusdem sanatæ filiæ? Certum quippè est, quod vbi etiàm ratione Consanguinitatis depositiones Bernardinæ, & Olimpiæ non mererentur attendi, adhùc perfecta dicenda esset probatio resultans ex depositione sanatæ, & Georgei Bentiuoli, iuxtà Celeberrimam Sanctionem Paschalis secundi in Cap. 4. dè Testib., vbi ità ait = *In omni negocio principalis Persona dicens veritatem rei sibi notæ rectissimè habenda est prò Teste, cuiquidèm, adhibito vno, efficiuntur duo Testes* = quod autèm ex duobus Testibus perfecta resultet probatio cuiuscumquè negocij scribens in locum Apostoli supracitatum docet S. Thom. *lect*. 3., & pleniùs Card. *Cajetan. in Commentar. ad Deuteronom. Cap*. 17., & 18., & in puncto miraculorum pluries firmarunt Auditores Rotæ, & signanter in relatione S. Hyacinthi, vbi fuit approbatum septimum miraculum depositione duarum tantum fæminarum, in relatione S. Ioannis Dei, vbi fuerunt approbata duo miracula nempe 5., & 6. depositione duorum Testium; In relatione S. Petri de Alcantara id ipsum habetur de 2., 6., 10., 11., & 12. miraculis; In relatione S. Francisci Xauerij fuit approbatum simili modo 10. miraculum, & subinde confirmatum à S. Sede, vt habetur in Bulla illius Canonizationis, & demum alijs relictis exemplis, id ipsum firmatum fuit in relatione S. Andreę Auellini quoad primum miraculum.

11 Ca-

11 Cæterùm si veritatem amamus, & nolit recedi ab inconcussa praxi huius Sac. Congregationis, certum pariter est, quod qualitas Consanguinitatis nullam apta est parere exceptionem in causis Beatificationis, & Canonizationis, vt firmant Matt. dè Canonizat. *Sanct. par. 4. cap. 17. num. 4., & 5.*, Contilor. *eod. tractat. cap. 18. n. 3., & 4.*, Bordon. *dè mirac. medit. 32. num. 25., & 26.*, Pignattel. *tom. 6., consult. 26. num. 3., & tom. 10. consult. 179. pag. 313.*, & signantèr in probatione miraculorum semper indistinctè admissos fuisse Testes Consanguineos resultat ex pluribus Rotæ Relationibus recensitis in responsione data ad nouas animaduersiones R. P. D. Fidei Promotoris anno 1717. *pag. 3. num. 5.* ex gratia viden.

12 Nec vllam dubitationem realitatis huius miraculi ingerere debet illa animaduersio, quod sanationis adeò miraculosę in Ciuitate Viterbij secutæ vberior debuisset haberi numerus Testium; Si enim loquamur dè Testibus dè visu deponentibus dè vtroquè extremo miraculi, mirum profectò videri non debet, quod quatuor tantùm Testes reperti fuerint, cùm ageretur dè paupercula fæmina, quæ vt victum sibi pararet etiàm Infirma ad vineam solebat accedere; Si verò vberior Testium numerus desideretur, qui saltèm de simplici auditu, ac publica fama deposuerint, ij planè non deficiunt, cùm *in Summario Additionali* dicti Libelli editi anno 1717. relatæ fuerint depositiones aliorum septem Testium dè auditu dictæ miraculosæ sanationis, & plures citrà dubium cumulari potuissent, nisi causæ Postulator non minùs æris, quàm temporis dispendio consulens ab eorum coaceruatione abstinuisset, optimè callens, quod dè Testibus dè auditu nulla ferè soleat haberi ratio in discussione miraculorum, prout plenè probat Card. dè Laurea *disput. 20. artic. 25. §. 2. à num. 1077.* vsque in finem.

13 Sic igitùr vindicata legalitate, & sufficientia probationum huius secundi Miraculi superfluum existimamus quidquam disserere de eius releuantia; quidquid enim veritatem altiùs inquirendi causa, siuè ad maiorem Miraculi illustrationem objici possit, humanus porrò intellectus non facilè persuasum habebit, quod Instantanea sanatio à Cæcitate inducta per Ophthalmiam, siuè veriùs per Albuginem, & suffusionem ex simplici contactu Corollę Seruę Dei, absquè vlla penitùs medicamentorum opè secuta, naturalis sit, & non miraculosa; Huiusmodi quippè oculorum morbi, qui humorum concretionem factam significant, citò quidèm inuadere, sed numquàm citò ex solis naturæ viribus fugari, ac dissipari possunt, vt benè discurrendo per medica principia probauit bon: mem: Lancisius, qui prætereà optimis animaduersionibus ostendit, consonare tùm intèr se, tùm vel maximè cum rei veritate depositiones sanatæ, & eius sororis, quamquàm diuersæ primo aspectu videri possint, ex quo Sanata dixerit, se nihil penitùs à sinistro oculo cernere potuisse, Soror verò vsa fuerit aduerbio *quasi*, perindè acsi eam crediderit non omninò, sed propè Cæcam; Etenim, vt peritissimus ille Medicus aduertit, passim contingit, vt ægri aliquid sibi videre videantur, & tamen reuera in oculo, qui eo morbo vexatur, visum penitùs amisisse dicuntur, & quotiès etiàm admitteretur, non dùm fuisse plenam Cæcitatem sinistri oculi, ex quo nondùm omninò completa, & consumata fuisset cataracta, quæ talis non est, nisi cum visum affecti oculi penitùs intercipit, non ideò tamèn minùs miraculosa censenda

fo-

foret eius instantanea sanatio, absquè vllo remedio secuta, vt plenè probatum fuit in libello distributo anno 1717., ad quem satis est super hoc puncto se remissiuè habere.

14 Transeundo autèm ad examen quinti Miraculi, scilicèt *sanationis Felicis Sterbinæ à pleuritide in suppurationem, siuè Empyema conuersa*, facilè compertum manet, dictum morbum in præfata Muliere grauissimum fuisse, & reuera non solùm lethalem, & incurabilem, sed etiàm ad statum insanabilitatis perductum, si eiusdem morbi initium, progressus, & qualitas attendantur. Erat nimirùm prædicta Felix Sterbina habitus gracilis, id est ad tabem spontè sua inclinantis, ac temperamenti melanconici, vt vna fimes testantur tres Medici, videlicèt *Blasius Cantarellus Summario positionis super dicto Miraculo fol.*43. §. 246. *Aurelianus de Andreis fol.*45. §.260., *&* *Ioannes Petrus de Valentibus fol.*50. §.306., ac etiàm Mater sanatæ *fol.*51. §.320.; Cumquè vigesimum tertium suæ ætatis ageret annum, sub initium mensis Martij Anni 1701. toto corpore super lapideum gradum corruens pectus, ità contudit, vt per 15. dies in loco ictus non modico dolore remanserit affecta, vt testatur ipsamet sanata, *d. Summ. fol.*20.§.5., & comprobant alij Testes *fol.*25.§.77. *fol.* 31.§.130.

15 Subindè verò cùm de mense Maij eiusdem anni, ex pedestri itinere peracto visitandi gratia Beatissimam Virginem Frusinonis, plurimùm incaluisset, frigida aqua tùm faciem, tùm pectus lauit, vt fatetur ipsa sanata *d.* §.5., & consonat alter Testis *d.* §.130., nèc multò pòst scilicèt quarta, vèl quinta diè d. mensis correpta fuit Febri continua cum Tussi, dolore dexteri lateris in pectore, difficultate respirandi, ac laboriosa exereatione materiarum priùs crudarum, lymphaticarum, sub indequè marcidarum fætentium, & fædissimarum, vt testatur ipsamet Sanata *d. Summ.*§.6. 7.12.41., *&* 45., & concordant Pater illius §.59. 63. 77. 87., germana Soror §.100. 101. 102. 115. 130., & 144., vbi de dicto dolore continuo in latere dextero impediente somnum, & respirationem, & Blasius Cantarellus Medicus Curæ §.204. 205. 245. 247. 248., adeoquè auctus successiuè extitit dictus morbus, vt imposterùm miserrima ægra nonnisi in dextero latere decumbere posset; Siquè aliquandò super sinistrum latus sese conuertere conaretur, statìm insupportabili suffocatione affici sentiebat, vt prætèr ipsam Sanatam, *d. Summ.* §.9. 10., *&* 15., referunt cæteri Testes, nempè Pater eiusdem sanatæ §.61., & 62., Soror §.103., & 106. ad 109. Confessarius §.180., Medicus Curæ §.210., & 211., alter Medicus §.279., & Mater §.322., & 323.

16 Ex his autèm symptomatibus rectè agnoscitur, dictum morbum in principio fuisse pleuritidem, seù Inflammationem Pleuræ, vt ex rationibus, & auctoritatibus congestis in Informatione facti, & in responsione ad animaduersiones R. P. D. Promotoris, nec non in Consultatione bon. mem. Lancisij, *fol.*21. §. *Virgo Felix*; Hanc verò pleuræ inflammationem, seù pleuritidem esse morbum grauem, & magnum docet Ioannes Baptista Verna in tractat. de Pleuritide, à quo appellatur ***Princeps acutorum morborum***; Cumquè ex itinere, frigore, & lotione causam habuerit, periculosior euasit, vt ab exemplo filij Epicharmi, qui cum eiusmodi ex causis pleuritide laboraret, sanitatem ampliùs recuperare non valuit, grauitatem morbi curatu difficillimam, & penè impossibilem in talibus circumstantijs arguit

Ma-

Magnus Medicæ Artis Magister Hippocrates 7. Epidem. Ægrot. IIIC.

17 Verumtamèn adhùc grauior effectus est morbus Felicis Sterbinæ, nàm ob non repurgatam dictam pleuritidem intrà 14. dies, vtì colligitur ex eo, quod Ægra post vigesimum diem excernere cæpit sputamina malè olentia, colorisque viridis *d. Summ.* §.38., *&* 906., in supporationem, hoc est in pulmonum abscessum, atquè in empyema versus fuit, & subindè in tabem, cùm dictum empyema nequè intrà quadraginta dies repurgatum extiterit, vtì ex signis, & symptomatibus in Ægra concurrentibus testati sunt Medici Curæ *d. Summ. fol.* 38. *iuxtà* 9. *Interrogatorium à* §.204. *vsque ad* §.219., *& fol.* 42. §.245. *ad* 249. *fol.* 46. §.277., *&* 290., *& sequen.*, & confirmatum manet ex rationibus, atquè authoritatibus deductis, tùm in prima Responsione ad Animaduersiones R. P. D. Promotoris *fol.* 44. *à n.* 1. *ad* 7., tùm in Voto bon. me. Lancisij *fol.* 22. §. *Quoniàm cum sequentibus*.

18 Tantaquè fuit malignitas, & contumacia morbi, vt licèt à Medicis nonnulla adhibita fuerint medicamina, hæc tamèn nullum prorsùs iuuamen attulere, vt fatetur ipsa sanata à §.25., *&* 27., & confirmant Pater illius §.65. Confessarius §.164., Medicus Curæ §.226., Mater §.316., imò excreationum materia peioris semper qualitatis inspiciebatur, febrisquè nec in minimum remissa, in noctibus magìs, magisquè incrudescebat, & Virtus expulsiua paulatim diminuebatur, proùt habetur ex ipsa sanata §.9., & ab alijs Testibus, nempè Sorore dictæ sanatæ §. 114. Medico Curæ §. 208., & altero Medico §.289., itaùt eo tandèm res deuenerit, vt miserrima ægra ad extremum suæ vitæ periodum redacta dignosceretur cunctis cum symptomatibus obitus certè imminentis: Pulsus enim effectus erat exilis, & proximæ mortis indicatiuus, labia liuescentia, suprema in respirando difficultas, oculi concaui, omnes Corporis extremitates frigidæ, lacrymæ in oculis inuoluntariæ, & facies vndequaquè Cadauerica, vt referunt Soror sanatæ §.142. vsque ad 149. Confessarius à §.167. ad 170., Medicus Curæ §.117. ad 119., & alter Medicus §.280., vndè factum est, vt prò deplorata ab omnibus, & signantèr à Medicis habita fuerit, ità quidèm, vt non solùm Sacramentis Viatici, & Sacræ Vnctionis refecta extiterit, sed à quocumquè paritèr vsu pharmacorum, vtpotè inutilium iàm per sex dies cessatum esset, vtì deponunt ipsa sanata §.15. 43. 46., & 47., Pater eiusdem §.66., & 67., vbi vlteriùs testatur funus iàm parasse, Soror §.111., & 112., Medicus Curæ §.219., & 250., alter Medicus §.280. & 301., & Mater §.311., & 312.

19 Constito itaque ex præmissis, quod fuerit initium, qui progressus, quæque qualitas dicti morbi, parùm elaborandum est prò suadenda illius grauitate, & insanabilitate; Prò certo quippè habetur in Iure medico, quod quotiescumque Æger *empyemate* laborans ob illius non factam repurgationem intrà 40. dies tabidus factus est, proùt hìc, pernecesse mori debet iuxtà Sententiam Hippocratis *lib.* 5., *Aphor.* 15. cui coheret Galen. *lib.* 4. *de loc. affect. cap.* 8. ibi = *quapropter omnes perire necesse est* = & idem firmat *in lib. de Marcore Cap.* 5., eoque magis quandò post ruptam Vomicam febris Ægrum non dimitteret, & pus esset liuidum, & fætidum, vt docet Hippocrates *lib.* 2. *prognost.* 17. ibi = *Pereunt quos febris minimè deserit, si sibi corripiantur, & cibos non appetunt, & pus ex flauo virescens,*

& li-

& liuidum expuatur, aut fætidum, & spumosum; Si hæc omnia fiunt, moriuntur = & id ipsum asseruit in Prognost. 63. ibi = *moriuntur verò hi, quos febris non deseruerit, aut cum videretur deserere, denuò recalescens innotescit, & sitiunt, nec cibum appetunt, aluus humida est, pus viride, liuidumque spuunt* = & tradit Sennert. de febr. lib. 3. cap. 2: de Hectic. ibi = *quo enim tabi propinquior euadit hæc febris, eò curatu impossibilis* = Angel. Victor. Consult. Medic., Consult. 28. ibi = *Quod si huic propriæ ad tabem vergenti naturæ accesserit, deinde, vt audio, febris, quæ sit continua, & hectica, propter puris copiam in Thorace contentam, quoniam hæc non incipientem, sed confirmatam tabem denotant, desperata res est; neque vllo ingenio sanari potest* = Et concordant Frambos. *distinct.* 2. *Can.* 1., & 2., Maroya *lib.* 3. *de internor. morbor. curat. Cap.* 6. Sennert. *lib:* 2: *part.* 2. *Cap.* 19., Duret. *in Commentar. in Choäc., Hippocrat. pag.* 284., Forest. *in suis obseruat. lib.* 16. *obseru.* 49. *in Schol., Sasson. lib.* 2. *Cap.* 7., Zacut. Lusitan. *lib.* 2. *prax. cap.* 11., Perdulc. *lib.* 13. *Cap.* 7.

20 Signa autèm hæc omnia adfuisse in nostra Ægra probatum manet ex toto *Summario dictæ Positionis magnæ, tùm nempè ex depositione sanatæ fol.* 20. §. 7., tùm ex eius Sorore *fol.* 33. §. 142., necnon ex depositionibus Confessarij *fol.* 35. §. 167., Medici Curæ *fol.* 39. §. 117. & *fol.* 43. §. 252., & alterius Medici *fol.* 47. §. 279. quæ quidem signa, prætèr auctoritates supra adductas, pro exitialissimis ab Hippocrate in Choäcis adnotatur, itaut proximum Egri interitum citrà dubium præsagiant, etiamsi non omnia, sed eorum aliqua tantum in Infirmo reperiantur, atque id ipsum testatur Galen. in Commentar. præcitati Textus ibi = *Ad hoc vt sit certò sanandus homo laborans empyemate, necessarium esse, vt cuncta bona signa concurrant, sufficere verò vnum prauum, adhoc vt illius interius significetur* = & comprobat etiam Mercurial. *in Pisan. lect. super prognost. Hippocrat. pag.* 729.

21 Hinc itaque progrediendo ad aliud extremum, quod à dicto morbo sana effecta fuerit prædicta felix Sterbina, non quidem artis, vel naturæ auxilijs, quibus, vt præmisimus, iuuari non poterat, sed meritis, & intercessione nostræ Ven. Dei Famulæ Hyacinthæ de Marescottis, ad cuius præsidium confugit, eius Imaginem parti offensæ applicando plenissimè probatum manet in Informatione facti *fol.* 6. *à num.* 24. *vsque ad* 59., & perspicuò resultat ex concordi depositione omnium Testium in Processu examinatorum.

22 Absque eo quod ad excludendam releuantiam huius miraculi objici valeat, quod cum Sanata expuerit ab ore materias fætidas spatio quadraginta dierum, hinc videatur inferri posse, sanationem non esse Miraculo adscribendam, iuxtà Auctoritatem Reyes *in Elys. Iucund. quæst. Camp. quæst.* 24. *in princip.*, vbi enumerando requisita necessaria Miraculosæ Sanationis inquit = *Septimè requiritur, vt nulla euacuatio notatu digna præcedat, quià si accedat, tunc verè Miraculosa sanatio dicenda non erit, sed vel ex toto, vel ex parte naturalis.*

23 Etenim pro huiusmodi tollenda obiectione aduertendum est, quod Doctrina dicti Reyes potest quidèm in suis casibus esse vera, sed generalitèr in omnibus morbis, & in quocumque morbi statu, & de qualibet euacuationum specie minimè verificatur; notum quippè est, quod in dissenteria, Hæmorralagia, phithisi, & Voluulo frequentèr euacuationes non leuamen, sed mortem potiùs accersunt;

At-

Atquè præcisè in morbo, de quo agitur, scilicèt *empyemate* excreationem puris per sputum, etsi in magna quantitate, Iuuaminis nequaquam esse posse firmat Schenkius *lib. 2. tit. de empyemat. obseruat. 4. pag. 239.*, *ex Iacotio in Commentar. prim. ad aphor. 5. sect. 2. lib. 2. 6. Choac.*, & confirmat Sennert. *in pract. tom. 3. lib. 2. part. 2. Cap. 19. pag. 326. num. 12.* ibi = *Inflammatio lateris, aùt pulmonis in suppurationem versa quandoque sursum rumpitur, id quod periculosiùs est, si enim pus quam citissimè per sputum non reijciatur, tabidi fiunt. Quandoquè verò per Aluum, & Vessicam euacuatur, id quod cum minori periculo coniunctum est; Paulus Egineta, & Aetius; Cum enim vt Æger citò à pure liberetur, euacuatio per Tussim, ac sputum non sufficiat, siquidem per eam lensim, & lentè pus euacuatur, & intereà temporis à pure in Thorace, & pulmone moram trahente, substantia pulmonis facilè corrumpitur* = Idque comprobatur exemplo filij Antiphonis ab Hippocrate 7. *Epid. Histor.* 27. secundum Vallasij diuisionem relato, cui licèt tussis redundaret cum multa expurgatione, & tùnc malum remitteret, tamèn post quadraginta sex dies, & propè sexagesimum Mortuus est; similisque casus legitur apud Forestum in quadam Muliere, quę licèt quotidie plurimum puris pessimè olentis expueret, tamèn vltimum clausit diem.

24 Et sanè plura sunt euacuationum genera, alia nempè ad mortem, alia ad salutem conducentia, & alia media, quæ aliquandò benè, aliquandò malè Ægris succedunt, vt ex Galeno, & Hippocrate notat Sennert. *tom. 2. cap. 10.*, quotiès autèm euacuationes puris per Tussim in emphyematibus leuamen non afferunt infrà spatium 40. dierum, tùnc morbus ille dicitur in tabem degenerare, iuxtà celebre aphorisma Hippocratis = *Si quadraginta dierum spatio non repurgetur empyema, in Tabem degenerat, quæ mortem accersit* = Vndè euidens fit, quod tantùm abest, vt euacuationibus per Tussim, & sputum factis à nostra Ægra, probabilitèr tribui possit eius sanatio postmodùm subsecuta, vt imò ex hoc ipso quod post euacuationem puris per 40., & vltrà dies perduratam, nullum penitùs illa senserit leuamen, certum indè habeatur indicium, empyema illud degenerasse in veram Tabem, ex qua procedebat superabundans illa Copia materiarum fętentium, & putridarum, quæ excernebantur, vt optimè iuxtà artis medicæ principia, tum ex earum feculenta qualitate, tùm ex gracili natura Infirmæ, tùm demùm ex omnibus alijs Symptomatibus vnanimitèr iudicarunt non solùm Medicus Curæ, & alter Medicus superuocatus, sed etiàm peritissimi Phisici bon. me. Manfredus, & Lancisius prò veritate requisitus, à quorum omnium Iudicio non videtur propterea hac in re vllo pacto recedi posse, ad tradita per Bordon. *de miracul. medit. 7. num. 22.*, Pignattel. *consult. Canon. tom. 7. consult. 26. num. 2.*, & sæpius firmatum fuit ab Auditoribus Rotæ in pluribus relationibus, quas refert Coutelor. *de Canonizat. Sanct. cap. 18. n. 12.*

25 Si igitùr prædictis euacuationibus neque per vmbram adscribi potest sanatio nostræ Ægræ, multo minùs ea tribuenda venit medicamentis proportionatis, quæ vsquè ad diem sextum præcedentem eius sanationem dicuntur adhibita; nàm quidquid sit àn adhibita medicamenta fuerint verè proportionata morbo, nec nè, cùm de eorum congruitate valdè dubitari possit, quippè quià in ipso morbi principio, prætermissa fuit emissio sanguinis, quam tamèn in pleuritide præsertìm ex violenta Corporis exercitatione, & contactu aquæ frigidæ

gidæ proueniente necessariam ostendit Lancisius in eius voto, itidemquè prætermissa fuit vstio, seù incisio debito tempore facienda, vt ait Hippocrates Epid. 7. tex. 9. ibi = *Hydropicos in Thorace secare oportet, Tabescentes verò vrere, Hydropicos minus citò, Tabescentes verò citissimè secandos, aùt vrendos esse* = cuius remedij rationem reddit Scultet. Tab. 35. ibi = *Tabescentibus, & empyematicis purulentam materiam rupta vomica quasi tractu Colligentibus statim Thorax aperiendus, primò, ne ipsi suffocentur à puris copia Pulmonum dilatationem impediente, secundo ne in ipsorum Pulmonibus, aliauè Thoracis parte, ob puris acrimoniam vlcus oriatur, quod aùt nullius, aùt difficillimæ Curationis est* = Idemquè firmat Bonetus *in mercur. Compital. pag.* 165. *num.* 21., vbi adducta auctoritate Hippocratis subdit = *Sanè mihi persuadeo, hanc Curationem futuram multis vtilissimam, si tempestiuè administretur; nùnc verò paucis, aut vix vllis est auxilio, quià, aùt non fit, aùt omninò tardiùs multò, quàm oportet; partìm quia ipsi Medici quasi magna sint hæc formidant, partìm quià Ægri nolunt obedire, nisi cùm se mori apertè iàm vident, tùnc verò ferè obediunt; Tempestiuus verò horum vsus est, cùm adhùc ægroto vires sunt, quæ ferant* = Cùm ex eo quod in nostra ægra vires jàm penitùs prostratæ essent Medici Curæ, qui nimis sero de hoc remedio cogitauerant, ab eodem abstinuerint, hinc meritò, vt dicebamus, dubitandum est, àn medicamenta Ægræ tradita fuerint congrua, & verè morbo proportionata.

26 Sed qualiacumquè tandèm ea possent in circumstantijs casus dijudicari, hoc vnum certum, & incontrouertibile est, quod agnita ab ipsismet medicis eorum inutilitate, quodquè ijs non obstantibus morbus in dies grauior fiebat, vnanimi consensu censuerunt ab eorum vlteriori vsu fore abstinendum, vt supra ostensum fuit; Vndè hinc potiùs magis, magisquè confirmatur insanabilitas morbi, eiusque proindè miraculosa sanatio, itaùt meritò in hypothesi vsurpari possit illud sapientiæ 16. = *nequè herba, nequè malagma sanauit eos, sed tuus Domine sermo, qui sanat omnia* = vti rectè animaduertit Angel. Victor. *consult.* 28. *in prognost., & consult.* 83., & declarant Auditores Rotæ in relatione S. Andreæ Corsini apud Lezan. *consult. prima num.* 261., *&* 269., & liquet ex pluribus Canonizationum monumentis, & præsertim Sancti Petri Cœlestini, ex Constit. 4. Clementis V. §. 15. *Bullar. tom.* 1., S. Raymundi ex Constitut. 77. Clementis VIII. §. 36. *tom.* 4., & S. Rosæ Limanæ *ex Consiit.* 37., Clementis X. §. 43., *&* 57. *tom.* 5.; Potissimè enim etiàm ex hac circumstantia, quod desperantes Medici de vlla ope remediorum, ab eorum vsu cessauerint, miraculosam dijudicandam esse sanationem postmodùm subsecutam, bene ad rem ponderant Auditores Rotę in relatione S. Teresiæ ad vndecimum post mortem miraculum, & in relatione S. Pij V. in tertio miraculo.

37 Cęterùm admisso etiàm per falsam hypothesim, numquàm tamen concesso, quod remedia applicata aliquantulum naturam iuuassent, non indè tamèn miraculo detractum dici posset, quotiès integram sanitatem non præstitere, vt, materia funditùs examinata, concludunt Contelor. de Canonizat. Sanct. *cap.* 17. *num.* 1., Francesc. *variar. resolut. cap.* 29. *num.* 48., *& sequen.*, Auditores Rotæ in relatione S. Andreæ Corsini impressa post primam consultationem Lezzanæ *par.* 2. §. 5.; Idquè clarissimè comprobatur ex miraculosa sanatione Cęcitatis Tobiæ secuta post applicationem fellis piscis, de cuius natura

quam-

quamuis sit extergere albugines inueteratas, vti testantur Plin. *cap. 7. lib. 32.*, & Galen. 10. *de simplic. medicam. facult. cap. 12.*, attamen plerique conueniunt in illa visus restitutione miraculum intercessisse, quippe quia Deus compleuit id, quod inchoatiuè, & absque complemento naturæ vires inceperant præstare, vti opportunè animaduertit Franciscus Vallesius de Sacr. Philosophia *cap. 42. pag. mihi* 334. ibi: *Itaquè omnia hæc per naturales causas euenerunt Tobiæ, permissu tamen Dei, qui primum quidèm virum Sanctissimum morbo tanto probari voluit, deindè medicamen idoneum, cum sibi placitum est, reuelauit, & in maiorem sui gloriam auxit vires medicamentis.*

28 Et fortasse etiàm melius ad rem confert exemplum, quod legitur *lib. 4. Regum* de Naaman Principe Syriæ, qui fuit à lepra mundatus, postquàm iussu Elisęi septiès se lauit in Iordane; quamuis enim etiàm hæc Septena lotio non nihil sanationi naturaliter conferre potuerit, quià tamen ea non sufficiebat, hinc est, quod miraculum in facto illo non excluditur, vti prosequitur idem Vallesius de Sacra Philosophia pag. 314., Ex ea nempè ratione, quod in similibus circumstantijs Deus supplere dicitur in genere Causæ efficientis id, quod causæ naturales integrè, & perfectè operari non possunt, vti ad rem latissimè probant Ioannes Bustamant. *de Animant. Sacr. Scriptur. lib. 2. cap. 3. à num 23. vsquè in fin.*, Ioannes Bineda *de reb. Salom. lib. 4. cap. 13.*, Turreblanc. *Iur. Spirit. libr. 1. cap. 9.*, Emanuel. Vall. *de Incantat., seù Ensalm. opusc. 1. sect. 2. cap. 11. num. 23., & 24.*, Francesc. *resol. cap. 29. num. 48., & sequen.*, Contelor. *de Canonizat. Sanct. cap. 17. num. 20.*, Castellin. *eodem tractat. cap. 18. punct. 11.*, Panuin. in relat. S. Bonauenturæ *part. 2. artic. 6.*, Rot. in relatione Sancti Francisci de Paula *in fin.*, & in relatione S. Andreæ Corsini *par. 2. §. 5.*

29 Quæ cum ita sint, non est cur amplius ad excludendam rationem miraculi in præfata sanatione opponatur defecisse instantaneitatē necessariam, ad hoc vt huiusmodi sanationes miraculo sint adscribendæ. Nam præterquam quod optimè respōdebatur, instantaneitatem minimè necessariam fuisse in casu, de quo agitur, quia nimirum prędicta sanatio referri debet inter miracula secundi generis, in quibus nemo est ex Sapientissimis Patribus, qui non sciat, ad illorum essentiam, & perfectionem firmādam satis esse, quod sanatio sequatur ex interuallo, vt probant Archidiac. *in Canon. nec mirum nu. 8. & 9., 26. quæstione 5., & ibid.* Bellamer. *num. 3. versic. Sed quæro*, Castellan. *de Canonizat quæst. 6. in princip. §. Quæro an sit necesse*, Maluetius *eodem tract. dub. 3. num. 51.*, Molphes. *Consil. 46. num. 52.*, Angel. Victor. *Consul. 82.*, Contelor. *de Canonizat. Sanctorum cap. 17. num. 7., & 9. versic. Sed Ego distinguebam*, & dixerunt Auditores Rotæ in pluribus relationibus Canonizationum, & signanter S. Andreæ Corsini penès Lezzan. *Consult. 1. nu. 143.*; Quodque sanatio, de qua agitur, adscribenda sit miraculo secundi generis, constare videtur ex hactenus deductis, ex quibus habetur, Infirmitatem huius Mulieris eo re lactam fuisse, vt inspectis naturæ viribus etiam ope medicamentorum adiutis, non esset vllo pacto sanabilis, in quo stat eleuatio sanationis ad miraculum secundi generis, iuxtà tradita per Diuum Thom. *part. 1. quæst. 105. artic. 8. in corpore versic. Secundò aliquid, & in opusc. 60. artic. 15. versic. Secundo modo Col. 1.*, Castellan. *de Canonizat. pag. 71. versic. Quamobrem*, Contelor. *de Canonizat. Sanctorum cap. 16. nu. 7.*,

Lezzan. *consult.1. num.102.* §.*Erit verò*, Card.de Laurea *de miracul. disput.21. artic.7. pag.495. num.83.*, *& artic.20. num.167. 872.*, *&* 873., Martin. del Rio *lib.2. quæst.7. versic. Obseruare*, Maluet. *de Canonizat.Sanct. lib.3.num.4.*, Zacchia *quæst.medic.legal.tom.2.lib.10. consil.9. num.2*,

30 Illud prætereà certum est, quod si res tota æquo animo perpendatur, instantaneitatem in sanatione huius Infirmę non defecisse comperietur; Quippè quià vt ait ipsamet sanata, *Summario magnæ positionis fol.21.* §.19. *ad* 23. = *Doppo l'inuocazione sudetta, e doppo l'applicazione di detta Imagine, la notte seguente stiedi meglio, dormij, ed anche da per me mi voltai sul lato manco, e non mi sentij affannare come prima, benche per auanti non mi potessi riuoltare senza l'aiuto d'altri, e quando mi riuoltauano sopra il detto lato manco mi sentissi affannare, e morire come sopra &c.* = & infrà = *Aggiungo, che quella prima notte doppo la sudetta inuocazione prouai à riuoltarmi da per me per la fiducia, che aueuo in quella Santa, e mi riuscì senza dolore, & affanno* = *& fol.22.* §.48. = *E certo, che quanto à me mi sarei potuta leuare dal letto, perche non mi sentiuo nè febre, nè dolore alcuno, ed anche mi sentiuo bene di forze, mà mi conuenne fare l'obedienza del Medico di stare à letto per questi giorni, che hò deposto nell'Interrogatorij* = *&* §.49. = *Io Testimonia doppo la sudetta Instantanea Sanazione non ebbi mai più nè febre, nè catarro, nè dolore nel petto, nè hò hauuta più verun altra Infermità, mà sono stata sempre bene, e di buona salute, siccome mi ritrouo al presente* = & concordat Soror eiusdem Sanatæ *dicto Summ.* §.117. *&* 118., *&* §. 123., vbi ait, quod = *Li giorni seguenti continuò à stare bene senza febre, e senza dolore, ò incommodo alcuno* = quodque = *Dipoi, come hò detto mangiaua Polli, vccellami, ed altre cose liberamente, e diceua, che staua bene* = & infrà = *fol.32.* §.138. = *Già hò detto ne precedenti miei Esami, che Felice mia Sorella doppo l'inuocazione della Serua di Dio Suor Giacinta, e l'applicazione della sua Imagine stiede sempre bene* = Idemque deponit Confessarius Sanatæ, qui *dicto Summario fol.35.* §.171. ait = *Deuo aggiungere, che la detta Sign. Felice doppo l'inuocazione, e l'applicazione da me sopra riferite stiede* IMMEDIATAMENTE BENE, *e voleua leuarsi dal letto, ma li conuenne trattenersi per l'obedienza del Medico &c.* = & infrà = *E' la uerità, che la predetta Signora Felice doppo la soprariferita sua Sanazione miracolosa non hà mai più auuto febre, nè catarro, nè dolori di petto, nè altra infermità, ma è stata sempre bene, e di perfetta salute, come stà al presente*,

31 Quodque reuera ambigi nequeat de instantanea Sanatione prædictæ Felicis, clariùs etiam euincitur ex depositione vtriusque Medici; Primus enim, nempè Blasius Cantarellus *dicto Summ. fol. 40.* §.221. sic ait = *Ed essendo Io Testimonio ritornato à vederla la mattina* IMMEDIATAMENTE *seguente trouai la sudetta Inferma senza febre, senza affanno, senza dolore nel petto &c. ed auendo io osseruato quella mattina la detta Inferma nello stato, che Io hò detto senza febre, senza affanno, senza le sudette espettorazioni, senza dolore, e che si poteua voltare dall'altro lato, ed anche alzarsi, e ciò senza alcuna Crisi stimai, la sudetta Sanazione fosse vn miracolo, tanto più, che per auanti per lo spazio di alcuni giorni prima stãdo in quello stato deplorabile nõ pigliaua alcun Medicamento, perchè non poteua prenderlo &c. & fol.41. n.230.* = *E per tutte queste raggioni dico, e concludo, che la sudetta Sanazione non pote succedere naturalmẽte, massime con quella breuità di tempo da mè sopra deposta &c. & fol.42.* §.240. = *Mà la sua Sanazione successe* INSTANTA-

TA-

TANEAMENTE *come hò già deposto, immediatamente doppo l'applicazione dell'Imagine della sudetta Serua di Dio Suor Giacinta &c.* & *fol.43. §.253.* = *Doppo la sudetta sua* INSTANTANEA *Sanazione non hò mai auuto più nè febre, nè dolor di petto, nè affanno, nè verun altra Infermità, mà stiede sempre, ed è stata, sicome si troua anche di presente in stato di salute* =

32. Idemquè deponit alter Medicus Ioannes Petrus de Valentibus, qui postquàm distinctè retulit statum omninò deploratum, in quo reliquerat Infirmam vespere præcedenti, narrans deindè quanta fui admiratione eam inuisens mane proximo repererit = *Che gli era cessato ogni male* = vt in *dicto Summario pag.47. §.283.* ibidem subiungit = *E perciò lo giudicai essere questa sanatione vn'effetto miracoloso, e fuori delle forze naturali* = & posteà interrogatus ex officio, vtrùm dicta Fælix quatenùs habuisset aliquam euacuationem, siuè per sputum, siuè per vrinam, siuè per aliam viam, potuisset eamdem recuperare sanitatem eodem temporis spatio, respondit = *In primo luogo non ebbe veruna euacuatione (conforme Ella risposè à tale mia domanda, come hò detto di sopra) & in secondo luogo quando anche auesse auuto tali euacuazioni, aueria bensì potuto migliorare à poco à poco, mà non far così in vn subito vna mutazione da vn'estremo all' altro, anzi l'euacuazioni sudette auriano portata deiezzione, e non acquisto di forze; Di più nello stato, nel quale già là Paziente si ritrouaua dell'Empiema già fatto, e fissato in vn lato col decubito, che già hò riferito, e coll'inhabilità d'espellere le materie, era difficilissima, e quasi impossibile l'euacuazione per sputo, ò per vrina &c. e però come hò detto, la sanazione fù miracolosa, e sopranaturale* = Idemquè sæpiùs repetit etiàm ex aliorum Iudicio in tota eius depositione relata *d.Summ.fol.46. à §.273. ad 305.*

33. Ex hac itaquè concordi tot Testium, & respectiuè in arte Medica Peritorum de visu, ac obseruatione propria referentium depositione videtur in statu euidentiæ positum, sanationem, de qua agitur, fuisse omninò instantaneam, & vndequaquè suprà naturæ vires miraculosam. Absque eo, quod aliquam possit ampliùs ingerere dubietatem circumstantia illa, quod sæpèdicta Sanata, etiàm post obtentam dictam sanationem continuauerit per aliquod tempus materias ex ore excernere, vt innuere videtur Testis à R. P. D. Promotore in suis animaduersionibus allegatus.

34. Nàm præterquàmquod aduertendum est, quod sanata non continuauit habere illas excreationes, quas habebat Infirma, vt de propria obseruatione testatur sæpedictusMedicus curę dicto §.221. ibi = *Ed auendo lo osseruato quella mattina la detta Inferma nello stato, che lo hò detto, senza febre, senza affanno, senza le sudette* Espettorazioni, *senza dolore &c.* = quin & hoc ipsum fatetur eadem Sanata *fol.23. §.49.* ibi = *Io Testimonio dopo la sudetta instantanea sanazione, non ebbi mai più nè febre, nè* Catarro, *nè dolore nel petto &c.* Et concordant cæteri Testes excludentes quodcumquè incommodum, vt ex verbis supra relatis; Illud prætereà certum est, quod etiamsi dictæ qualescumque excreationes dici vellent quædam sanati morbi reliquię, non ideò tamèn sanatio desineret esse miraculosa; Nequè enim substantiæ, & realitati sanationis per miraculum obtentę, quidquam detrahitur, si sublata de repente, & instantaneè absquè vlla Crisi malitia morbi, aliquæ eiusdem reliquiæ supersint, ad hoc enim, vt sanatio dici possit miraculosa, sufficit, quod recedat mor-

morbus principalis, licèt remaneant consequentia morbi, vt benè Lezzan. *tom.4. consult.1. pag.20. n.193.* ibi = *Nos fœdere distinctionis opiniones conciliari posse existimamus, nempè quod aut natura cum processu temporis poterat causare illud factum, de quo quæritur, an sit Miraculum, puta, sanare Infirmitatem, & tunc de substantia Miraculi est, quod fiat continuò, ac statim, aliàs non erit Miraculum, cùm possit esse, quod sanatio processerit ex operatione naturæ* = & infrà = *Quod tamen diximus, necessarium esse, quod fiat illicò, intelligendum est cum temperamento, nempè sufficere, quod incontinenti recedat morbus principalis, licèt remaneant consequentia morbi, puta lassitudo, cicatrix, & similia, vt fuit ponderatum in pluribus Relationibus in hac materia factis, & signanter in Relatione S.Raymundi par.2.art.5. versic.Quod si quandoque* = idemque firmat Castellin. *de certitudine Gloriæ Sanctorum cap. 8. punct. 30. pagina 407. §. Ex quibus infertur*, & Bordon. *de Miracul. Medit. 7. quæstione 6.*, vbi mouens quæstionem an pallor, cicatrix, debilitas, & alij defectus ab Infirmitate relicti post receptam sanitatem tollant rationem Miraculi, respondet = *Negatiuè, quià Miraculum in eo consistit, vt Dei ope speciali sanitas tota simùl in instanti recuperetur, sed sic recuperari potest remanentibus illis defectibus, ad perfectam enim sanitatem sufficit, quod Corpus reponatur in statu tali, vt possit obire suas actiones, quas operari poterat, antequàm incideret in morbum, eas autèm efficere potest remanentibus illis signis, ergò hæc non tollunt rationem Miraculi* = Mouensquè pariter eamdem quæstionem Castellan. *in suo tractat. de Sanctor. Canonizat. quæst. 6. artic. 6.* ait = *Quod si quandoquè successio quædam temporis in Miraculis esse videatur, non facit cessare rationem veri Miraculi, quià super illud, in quo consistit natura veri Miraculi, fit in instanti, licèt quædam alia ipsum Miraculum subsequentia fiant tractu temporis, vt, verbi gratia, in vulneribus, & alijs infirmitatibus lethalibus, ex quibus ordinariè, & necessario cursu, & ordine naturali expectato moriendum esset, Miraculum consistit in tollenda malitia morbi mortis inductiua, quæ naturalitèr etiàm potentissimis remedijs naturalibus auferri non poterat, nequè medicamentis vllatenùs superari, nè moreretur Æger, Quod autèm posteà successu temporis claudantur labia vulnerum, obducantur cicatrices, & imbecillitas Corporis ex graui Infirmitate orta depellatur, non facit cessare rationem Miraculi.*

35. Idquè adeò certum est, vt in hanc porrò Sententiam, quod de substantia miraculi solùm sit sanatio morbi Principalis, & remotio periculi mortis imminentis, nèc requiratur, quod omnes eiusdem morbi reliquiæ tollantur, vnanimi consensu subscribunt grauiores Theologi, Iurisperiti, & Medici, quorum Catalogus insertus fuit in *Summario Additionali ad quintum Miraculum in libello edito anno 1717. à pag.18. ad 37.*, vbi connotatæ paritèr sunt plures relationes Rotæ, in quibus prò veris miraculis admissæ sunt plurimæ sanationes, licèt tantùm à morbo principali, & non ab omnibus eius reliquijs Infirmus fuerit instantaneè liberatus, & præceteris optimè ad rem nostram conferre videntur ea, quæ describuntur in relatione Canonizationis Sancti Isidori Agricolæ, vbi cum ageretur de Laboranti per tres menses continuos malignis febribus, vomitibus, & ventris profluuio, & à Medicis desperato, qui bibendo de aqua fontis Beati Isidori, repentè sanatus fuerat, ità legitur = *Non obstare videtur, quod non illicò potuerit Infirmus è lecto surgere, quin octo dies*

preùs

priùs transierint, quia respondetur, non eo minus huiusmodi sanitatem repentè recuperatam dici debere, eum malitia Infirmitatis, quæ ad articulum mortis Infirmum perduxerat, sit consideranda, ab illoque instanti Infirmus fuerit liberatus, quam posteà antè octauum diem à lecto omninò incolumis surgere non valuerit, hoc enim ex accidentibus, nempè ex debilitate maxima à malitia, & diuturnitate Infirmitatis causata prouenisse clarum est, & pro Miraculo sufficit instantanea liberatio à malitia Infirmitatis, quæ Ægrotum morti destinabat.

36. In nostro autèm casu, quidquid sit de excreatione materiarum continuata etiàm post obtentam sanationem, quæ rigorosè loquendo dici non potest reliquia morbi, sed potiùs quidam effectus indicatiuus morbi iàm superati, quippè quia excretio ipsa fiebat absquè vllo incommodo sanatæ, & materię non erant illius prauæ qualitatis, vt anteà, quemadmodum pretèr Medicum curę, sanatam, aliosquè suprà allegatos, refert ipse Testis in Animaduersionibus R. P. D. Promotoris indicatus ibi = *Espurgaua pure con facilità le medesime materie, mà però non erano tanto negre, ò pauonazze quanto prima* = Certum est; quod vix, ac nè vix quidem vllę alię morbi reliquię in nostra Sanata remansere, nàm nequè febris, neque dolor vllus, nec aliquod incommodum, vt ait eius soror *d. Summario* §. 123. = *Continuò à star bene senza febre, e senza dolore ò incommodo alcuno* = nequè, quod magis est, virium imbecillitas in ea superfuit, vt ex eiusdem Sanatæ depositione habetur *sub* §. 48. *fol.* 22. ibi = *E certo, che quanto à me mi sarei potuta leuare dal letto, perche non mi sentiuo nè febre, nè dolore alcuno, ed anche mi sentiuo bene di forze* = & concordat Medicus curæ *fol.* 41. *sub* §. 231. ibi = *E se bene dopoi la detta Patiente stede à letto per pochi giorni, ciò fù per mio consiglio, & essa si sarebbe volsuta leuare dal letto* = Itaquè virium tàm subita recuperatio in Infirma tanta grauitate, & diuturnitate morbi præcedenter deiecta, eò splendidius efficit miraculum, quo certiùs est ex ipsius Medici Iudicio = *Che quando fosse naturalmente guarita (il che come ho detto non fù per conto alcuno) vn male così longo, e graue di due mesi, e più, secondo le nostre regole mediche richiedeua naturalmente, che douesse stare à letto almeno vn mese, & vn a conualescenza di due mesi* = *d. pag.* 41. §. 232.; Vndè ex his omnibus non videtur in dubium reuocari posse, quin ęspedita sanatio habeat rationem veri, & perfecti Miraculi, vt respondendo etiam alijs leuioribus obiectis firmissimè iudicauit bo. me. Lancisius in eius citata Consultatione prò veritate edita, & fusiùs probatum fuit in libellis impressis anno 1717.

37. Reliquum nunc est, vt aliqua breuissimè dicantur de sexto Miraculo respiciente *sanationem, & liberationem instantaneam Sororis Virginiæ Petanti Monialis Conuersæ in Monasterio S. Bernardini Viterbij ab incurabili Epilepsia per apparitionem, & intercessionem Seruæ Dei manus in caput eius imponentis, eique sanationem denunciantis*, quod absque vlla penitùs hęsitatione videtur paritèr approbandum; fuerunt enim omnia istius insignis Miraculi extrema concludentissimè probata in Informatione *facti*, ac *Summario magnæ positionis*, & respectiuè vindicata ab omnibus obiectionibus aduersùs ea factis, tùm in responsionibus ad Animaduersiones registratis in dicta positione, tùm in alijs suprà enunciatis libellis, nec non in Consultatione bo: mem: Lancisij, ad quæ proptereà satis est remissiuè haberi, nè in re omninò clara Sapientissimi Patres citra necessitatem defatigentur,

Hoc

38. Hoc vnum tamèn omittere non debemus, quod ad magis, magisquè fugandum quemcumque scrupulum suppositi periculi reuersionis dicti morbi in prædicta Moniali, vtquè veritas huius insignis Miraculi splendidior euadat, opportunum duxit Eminentissimus D. Cardinalis Marescottus vti Causæ Postulator requirere à Reuerendissimo Episcopo Viterbiensi informationem, & relationem status, in quo præfata Monialis reperitur à die vndecima Septembris anni 1720.(dè quo tempore à R.P.D.Promotore similis requisitio facta fuit dè ordine,& mandato prædefuncti Summi Pontificis, proùt suprà innuimus, & ipse testari dignabitur) vsquè ad præsens; Cui quidem scifcitationi præfati Eminentissimi Postulatoris suum dictus Episcopus sub die 29. Martij currentis anni 1722. dedit responsum, in quo testatus est, se proprijs oculis vidisse, & allocutum fuisse tùm prædictam Virginiam Petanti sanatam, tùm alias Moniales eiusdem Monasterij, & inuenisse, quod dicta Virginia reperiebatur in statu perfectæ salutis, quodquè à dicto tempore vsquè in præsens nunquàm reinciderit in morbum Epilepsiæ,à quo per intercessionem nostræ Dei Famulæ fuit instantaneè liberata,etiamsi quæcumquè Monasterij officia magis laboriosa semper exercuerit, & actu etiam exerceat, & vinum etiam in non modica quantitate quotidiè ebiberit; Vtquè maior huiusmodi facti veritatis probati o haberetur,recepit idem Episcopus examen Abbatissæ dicti Monasterij, Confessarij, & Medici, quod datur *præsenti Summario Additionali num.*2. Cum itaquè à mense Decembris 1709. quo contigit supradicta miraculosa sanatio vsquè ad præsens elapsi iàm sint propè tresdecim anni,prò certo credimus, dubitari ampliùs non posse dè veritate, & perfectione d. Insignis Miraculi.

39. Absquè eo quod in hypothesi attendi mereatur oppositio forsan ab aliquo facienda, prædictas attestationes super continuatione perfectæ salutis dictæ Monialis vti extraiudiciales, & ad perpetuam non constituere sufficientem probationem, nàm statìm occurrit responsio, illas exabundanti adduci ad magis, magisque confirmandam notorietatem facti permanentis, de quo quisquè breui tempore, ac facili negocio certior fieri potest, ideoquè nulli dubium esse valet, quin prò huiusmodi effectu dd. attestationes sint recipiendæ magniquè ponderis esse debeant, proùt animaduertit Matta de *Canonizat. Sanct.par.*2.*cap.*23.*num.*12.*in fin.*

Quare &c.

C.A.Guidobonus Caualchinus S. Consistorij Aduoc.

Dominicus Clauarinus Sac.Palatij Apostolici Causarum Patronus.

REVISA

Joannes Zuccherinius Subpromotor Fidei.

Viterbien.

Beatificationis, & Canonizationis

VEN. SERVÆ DEI

HYACINTHÆ DE MARESCOTTIS

Monialis Professæ in Monasterio S. Bernardini Viterbij Ordinis S. Claræ.

SVMMARIVM ADDITIONALE.

Num. 1. *Epistola Rmi Episcopi Viterbii scripta R. P. D. Promotori sub die 11. Septembris 1720. in qua testatur Virginiam Petanti ab anno 1709. quo fuit ad intercessionem Seruæ Dei Hyacinthæ sanata à morbo epilepsiæ numquam in illum reincidisse vsque ad d. tempus 11. Septemb. 1720.*

Illustrissimo, e Reuerendissimo Signore Padrone Colendissimo.



LA Monaca Conuersa Suor Virginia Striatti Petanti di questo Monastero di S. Bernardino, che ad intercessione della Ven. Serua di Dio restò instantaneamente libera dal male epileptico fin dal dì 6. di Decembre dell'anno 1709. da quel tempo in quà fino al giorno presente non è mai più stata assalita da simili accidenti, conforme V. S. Illustrissima riconoscerà dalle qui annesse attestazioni giurate delli Medici tant'ordinario, quanto straordinario, e del Confessore, e dell'Abbadessa del medesimo Monastero di S. Bernardino, anzi vi concorre vna circostanza à mio giudizio degna di riflesso, cioè, che la prefata Monaca ritiene continuamente l'vso del vino, e per quello mi dicono alle volte anche con qualche eccesso molto contrario à simili mali, e ciò non ostante, rimane libera da quest'insulti di epilesia.

Rendo intanto à V. S. Illustrissima riuerenti grazie dell'onore, che mi hà dato non meno di poter seruire in questa congiuntura l'Emo Sig. Card. Marescotti, che di promouere il buon seruizio della Gloria di Dio ne' suoi Serui, e supplicandola della continuazione de' suoi commandi con ogni rispetto mi rassegno.

Viterbo 11. Settembre 1720.

Di V. S. Illma, e Rma.

Deuotissimo, & Obligatissimo Seruidore vero
Adriano Vescouo di Viterbo.

I. M. I.

Attestatio Abbatissæ Monasterii S. Bernardini Viterbii super eod.

Io sottoscritta Abbadessa del Venerabile Monastero di S. Bernardino della Città di Viterbo attesto per la verità col mezzo del mio giuramento, qualmente Suor Virginia Striatti, ò Perante Monaca Conuersa in detto Monastero, dapoi, che ebbe l'insulto epileptico nel giorno sesto di Decembre nell'anno mille settecento, e noue, mai più ne è stata sorpresa, perche se dal detto tempo sino al presente giorno ne fosse stata recidiua Io l'auerei veduta. Anzi dal detto tempo fino al presente giorno l'hò veduta, e la vedo sana, e allegra più dell'altre Religiose, & hà esercitato, & esercita al presente tutti gl'Vfficij della Communità come l'altre Conuerse, anzi dà di mano ad altre tanto Velate, che Conuerse, che s'altrimente fosse Io l'auerei veduta, e saputo, e saprei come Religiosa mia Commenzale, e deporrei per verità. In fede &c. questo dì 11. Settembre 1720.

Suor Felicita Rosalinda Marianelli d'Orbetello Abbadessa.

Loco ✝ Sigilli.

In Nomine Domini Amen.

Recognitio manus.

Fidem facio per præsentes, & attestor Ego infrascriptus Canonicus Insignis Collegiatæ Ecclesiæ Sancti Angeli de Spata huius Ciuitatis Viterbij, & Curiæ Episcopalis eiusdem Ciuitatis Cancellarius qualiter infrascripta die supradicta Admod. Reu. Soror Rosolinda Marianelli ad præsens Abbatissa in Venerab. Monasterio dictæ Ciuitatis mihi &c. cognita sponte &c. ac omnibus &c. medio iuramento tactis &c. recognouit, & recognoscit retroscriptam attestationem eius propria manu, & characterem Script., & subscript., Sigilloque solito dicti eius Monasterij, quo in talibus vtitur, munitam, dictamque eius manum, characterem, & subscriptionem, ac Sigillum, omniaque, & singula in eadem attestatione contenta, tamquam vera simili quo supra iuramento ratificauit, approbauit, & ethimologauit, ac ratificat, approbat, & ethimologat in forma nedum isto, sed, & omni alio de Iure meliori modo &c. in fidem &c. Viterbij hac die 11. Septembris 1720. Indictione 13. Clemente XI. Summo Pontifice sedente, anno eius XX.

Loco ✝ Signi.

Ita est Hieronymus Canonicus Ciacius Notarius Cancellarius rogatus &c.

I. M. I.

Attestatio Medicorum super eod.

Io sottoscritto Medico di Viterbo attesto per la verità col mezzo del mio giuramento, qualmente con l'occasione, che vado à curare le Religiose inferme esistenti nel Monastero di S. Bernardino hò veduto, e trattato con Suor Virginia Striatti, ò Perante Monaca Conuersa in detto Monastero, e da poi, che ebbe l'insulto epileptico nel giorno sesto di Decembre nell'anno mille settecento, e noue, mai più ne è stata sorpresa, perche se dal detto tempo sino al presente giorno ne fosse stata recidiua Io l'auerei saputo, non solo come Medico sudetto, ma ancora come Paren-

te

te sarei stato chiamato à curarla, e la medesima Suor Virginia me l'auerebbe conferito, essendo stata da me più volte interrogata come staua di salute, e da essa rispostomi di star bene, come in effetto in vederla, & in trattarla hò riconosciuto, che se altrimente fosse seguito, Io l'auerei saputo, e saprei, & ora deporrei per verita. In fede &c. questo dì 9. Settembre 1720.

Gio: Battista Marcucci affermo quanto di sopra per le cause da me sopra riferite, e per essere stato solito anco prima di qualche anno del mille settecento, e noue d'andare à curare alcune Religiose inferme in detto Monastero, & auer continuato poi fino al presente.

Io Bernardino Stella affermo quanto si contiene nella sopradetta attestazione per essere Io Medico ordinario di detto Monastero, e per tal causa essendo Io solito entrare in quello per curare le Religiose tanto inferme, che purganti, anche due, e più volte il giorno hò veduto, & hò trattato dall'anno 1709., che detta Suor Virginia patì l'accidente sudetto epileptico, & anche auanti, e fino al presente la medesima Suor Virginia, e doppo che ne guarì per la grazia ottenuta per mezzo della Venerab. Serua di Suor Giacinta Marescotti, mai più hà patito di tal male, anzi è stata sempre più allegra, e sana del tempo antecedente, nè puol essere altrimente di quello hò qui deposto, perche se la detta Suor Virginia fosse stata in alcun tempo recidiua per le cause sudette l'auerei saputo, & ora lo deporrei in fede &c. questo dì 10. Settembre 1720.

In Nomine Domini Amen.

Fidem facio per præsentes, & attestor Ego infrascriptus Canonicus Insignis Collegiatæ Ecclesiæ Sancti Angeli de Spata Viterbij, & Curiæ Episcopalis dictæ Ciuitatis Notarius Cancellarius qualiter die infrascripta suoradicti Illustres, & Admodum Excellentes DD. Bernardinus Stella, & Ioannes Baptista Marcucci Medici Physici Viterbien. mihi &c. cogniti, qui sponte &c. medio iuramento tactis &c. recognouerunt, & quilibet ex ipsis recognouit attestationem, vt supra factam, eorumque propria manu, & characttere scriptam, & subscriptam, dictamque propriam manum, & characterem, ac omnia, & singula per eos in fidibus prædictis tamquam vera ratificarunt, approbarunt, ethimologarunt, & quilibet eorum ratificat, approbat, ethimologat in forma &c. non solùm isto, sed, & omni alio de iure meliori modo &c. In quorum &c. Dat. Viterbij hac die 10. Septembris 1720. Indictione 13. Clemente XI. Summo Pontifice sedente anno eius 20. *Recognitio meum.*

Loco ✠ Signi.

Ita est Hieronymus Canonicus Ciacius Not. Cancell. Episcopalis rogatus &c.

I. M. I.

Io sottoscritto Confessore del Venerabile Monastero di S. Bernardino della Città di Viterbo attesto per la verità col mezzo del mio giuramento qualmente con l'occasione, che vengo ogni giorno in cotesto Monastero, e molte volte sono entrato nel me- *Attestatio Confessarii super eod.*

medesimo in occasione di confessare Religiose inferme hò veduto, e trattato con Suor Virginia Striatti, ò Petante Monaca Conuersa in detto Monastero, e da poi, che ebbe l'accidente epileptico nel giorno festo di Decembre nell'anno mille settecento, e noue, mai più ne è stata sorpresa, perche se dal detto tempo fino al presente giorno ne fosse stata recidiua Io l'auerei saputo non solo come Confessore in mio tempo, ma ancora perche quando gli prese detto male, ero Lettore di Teologia nel Conuento del Paradiso di Viterbo, e vi dimorai alcuni anni doppo il successo, nel qual Conuento dimorano li Confessori del d. Monastero, da' quali l'auerei penetrato, come fu la prima volta, ed ancora perche alcuni anni dopo il detto male fui Confessore 8. giorni continui nel detto Monastero, e l'interrogai come staua di salute, e se aueua più sentito quel male, ed Ella mi rispose di nò, e che staua bene, come in effetto nel vederla, e trattarla la riconobbi, e presentemente lo conosco essendo la più allegra, e forsi più sana di tutte; Che se altrimenti fosse stato l'auerei saputo, e saprei da lei, ò altre Religiose, quali da me interrogate di questo fatto, tutte mi hanno detto, che dal giorno, che ebbe detto male non gl'era più venuto, auendo sempre fatto tutti gl'Vffizij della Communità, come l'altre Conuerse; Et lo deporrei per verità quello come adesso depongo questo. In fede &c. questo dì 11. Settembre 1720.

Fra Girolamo di Roma Minore Osseruante.

In Nomine Domini Amen.

Recognitio manus.

Fidem facio per præsentes, & attestor Ego infrascriptus Canonicus Insignis Collegiatæ Ecclesiæ Sancti Angeli de Spata huius Ciuitatis Viterbij, ac Curiæ Episcopalis eiusdem Ciuitatis Notarius Cancellarius qualiter hac præsenti die supradictus Admodum Reuer. P. Hieronymus à Roma Sacerdos Ordinis Fratrum Sancti Francisci Minorum Obseruantium mihi &c. cognitus &c. qui sponte &c. ac omnibus &c. medio iuramento tacto pectore more &c. recognouit, & recognoscit supradictam attestationem eius propria manu, & charactere script., & subscript., dictamque eius manum, & characterem, omniaque in ea exposita, & narrata, tamquam vera simili iuramento ratificauit, approbauit, & ethimologauit, ac ratificat, approbat, & ethimologat in forma &c. non solùm &c., sed & omni &c. super quibus &c. in quorum &c.

Datum Viterbij hac die 11. Septembris 1720. Indictione XIII. Clemente Summo Pontifice sedente anno eius 20.

Loco ✠ Signi.

Ità est Hieronymus Canonicus Ciacius Notarius Cancellarius Episcopalis rogatus &c.

Emi-

Eminentissimo, e Reuerendissimo Signore, Signore, e Padrone Colendissimo.

Num. 2. *Altera Epistola Rmi Episcopi Viterbien. sub die 29. Martii currentis anni 1722 scripta Emo D. Card. Marescotto Postulatori Causæ super continuatione sanitatis prædictæ Virginiæ Petanti.*

Mi fà V. E. vn sommo onore, quando si degna commandarmi, e massime in vna congiuntura, per la quale Io, e per il carico, che quì indegnamente sostengo, e per la diuozione, che professo alla memoria della Ven. Serua di Dio Suor Giacinta Marescotti, hò tutta la maggior premura. Per seruire dunque l'E.V. con quella puntualità, che deuo, mi sono subito portato à questo Monastero di San Bernardino, doue auendo lungamente parlato, e colla Monaca Suor Virginia Striatti Petante, e con molte altre Monache le più anziani iui presenti, Io stesso hò sentito, e veduto respettiuamente, che la detta Suor Virginia dal dì 11, di Settembre 1720. fino al giorno presente, non è stata mai più assalita dal male epileptico, e che hà sempre goduto, come gode al presente vna perfectissima salute, non ostante l'vso continuo, e anche frequente del vino, tanto contrario à simili mali, anzi hà sempre esercitato, ed esercita tutt'hora tutti gl'Vfficij più laboriosi del Monastero, che si sogliono dare alle altre Monache più sane. Qui annesse poi riceuerà l'E. V. le attestazioni giurate, anche del Medico ordinario del sudetto Monastero, dell'Abbadessa, e del Confessore, il quale non hà potuto fare vn attestato più pieno, per trouarsi in tale impiego da poche settimane in quà, come auerebbe potuto fare il suo Antecessore, il quale come vedrà nel medesimo attestato, si troua presentemente costì nel Conuento d'Araceli. Prego continuamente Iddio, che si degni consolare, e l'E.V., e Me colla tanta sospirata grazia della Beatificazione di questa Venerab. Serua di Dio, la di cui memoria è veramente in benedizione, e nel rassegnarmi all'obedienza d'altri suoi veneratissimi cenni, faccio all'E. V. vn profondo inchino.

Viterbo 29. Marzo 1722.

Di V. E.

Vmilist. diuotist. & obligatist. Seruitore
Adriano Vescouo di Viterbo.

Attestatio Medici super eodem.

Io sottoscritto per la verità ricercato attesto anche per mezzo del mio giuramento, come Suor Virginia Striatti Petanti Monaca Conuersa nel Venerab. Monastero di S. Bernardino di Viterbo, che patiua da molti anni d'accidenti epilettici, doppo che rimase libera per Miracolo della Venerab. Serua di Dio Suor Giacinta Marescotti, che mi pare, che fosse dell'anno 1709. mai più hà patito di simili insulti, non ostante che abbia esercitati officij nella Religione prodottiui del male, come sarebbe di stare spesso à fuochi gagliardi, sì di forno, cucina, e bucate, che sogliono produrre moto di sangue, e dare fuga alli spiriti animali, con accendere della sete più del naturale in vna, che è dedita al vino più del douere, ma bensì è stata sana, vigorosa, e gagliarda, & Io come Medico ordinario non hò auuta occasione di medicarla da detto tempo fino alla presente attestazione, che se auesse

se auuto in tal tempo verun altro insulto, e recidiua, l'auerei saputo, e curato, come hò fatto antecedentemente, e prima de' sudetti tempi, & ora lo deporrei per verità. In fede &c.

Viterbo questo dì 28. Marzo 1722.

Bernardino Stella mano propria.

In Nomine Domini Amen.

Recognitio manus. Fidem facio per præsentes, & attestor Ego infrascriptus Canonicus Insignis Collegiatæ Ecclesiæ S.Angeli de Spata Viterbij,& Curiæ Episcopalis eiusdem Ciuitatis in Ecclesiasticis Cancellarius qualiter retroscriptus Per'Illustris, & Admodum Excellentissimus D. Bernardinus Stella fil. quondam D. Angeli Medicus Phisicus Viterbij mihi &c. cognitus sponte &c. medio iuramento tactis &c. recognouit, & recognoscit retroscriptam attestationem eius propria manu, & charactere scriptam, & subscriptam, dictamque eius manum, & characterem, ac omnia, & singula in ea contenta, expressa, & narrata vera fuisse, & esse asseruit, & affirmauit, & simili Iuramento ratificauit, & approbauit, ac ratificat, & approbat nedum isto, sed, & omni alio de iure meliori modo &c.

In fidem &c. Viterbij hac die 29. Martij 1722. Indictione 15. Innocentio XIII. Summo Pontifice regnante, anno eius Primo.

Loco ✠ Signi.

Ita est Hieronymus Canonicus Ciacius Cancellarius Episcopalis Viterbij rogatus &c.

Attestatio Abbatissæ super eod. Io sottoscritta Abbadessa nel Ven. Monastero di S. Bernardino di Viterbo attesto con mio giuramento,come Suor Virginia Striatti Pezanti Monaca Conuersa in detto Monastero, che tempo fà pativa di accidenti di male epilettico,e vi rimase poi libera affatto, e guarita fino dal mese di Decembre 1709. ad intercessione della nostra Ven. Serua di Dio Giacinta Marescotti già Monaca in questo nostro medesimo Monastero, mai più hà patito insulto veruno, ò recidiua di detto male, e specialmente dal mese di Marzo 1718. fino al presente giorno è stata sempre sana, e gagliarda, e tale ritrouasi,in modo che hà esercitato varij officij laboriosi, come per lo spazio di due anni hà fatto l'offizio di assistere al Forno, e quasi vn'anno, che esercita l'altro di fare le Bucate, e lauar panni, & è stata doppo riceuuta la detta grazia vna delle Monache più sana, vigorosa, & allegra, che stanno in questo Monastero,che se fosse altrimenti di quello hò deposto, l'auerei saputo, e veduto come mia Conreligiosa, e Commensale, & ora deporrei, come per verità.

In fede. Dal Monastero di S. Bernardino di Viterbo questo dì 28. Marzo 1722.

Suor Felicita Rosalinda Marianelli Abbadessa.

Loco ✠ Signi.

Attestatio Confessarii super eod. Io sottoscritto al presente Confessore ordinario del sudetto Monastero confermo quanto è stato attestato di sopra dalla sudetta Madre Abbadessa per quanto hò inteso dire dalle Religiose, mà me-

meglio di me potrà atteſtarlo il P.M.P. Gio: Girolamo di Roma Definitore ſtanziante nel Conuento d'Araceli, atteſto però, che la detta Suor Virginia Striatti Petanti è ſana, e vigoroſa, auendola veduta, e bene oſſeruata, & auendoci parlato anco in queſto ſteſſo giorno.

In fede &c. In Viterbo queſto di 28. Marzo 1722.

Io Fr. Antonio di Vallico Minore Oſſeruante.

In Nomine Domini Amen.

Fidem facio per præſentes, & atteſtor Ego infraſcriptus Canonicus Inſignis Collegiatæ Eccleſiæ S. Angeli de Spata Viterbij, ac Curiæ Epiſcopalis dictæ Ciuitatis inEccleſiaſticis Cancellarius, qualiter retroſcripta Adm. Reu.Soror Felicita Roſalinda Marianelli Abbatiſſa ad præſens RR.Monialium,& V.Monaſterij S.Bernardini eiuſdem Ciuitatis Viterbij, necnon retroſcriptus Adm.Reu. P. Antonius à Vallico Sacerdos Min. Oſſ. S. Franciſci nupèr, & quindecim ab hinc diebus Confeſſarius ordinarius RR. Monialium mihi &c. cognitus &c., qui ſpontè &c.,ac omnibus &c.mediante iuramento tactis litteris,& pectore reſpectiuè recognouerunt,& recognoſcunt,ac quilibet ex ipſis recognouit,& recognoſcit propriam atteſtationem, vt ſupra factam, ac propria manu, & caractere ſcript., & ſubſcript., ſigilloque præſenti munit., dictamque manum, ac characterem, ac omnia, & ſingula in eiſdem ſidibus contenta vera fuiſſe, & eſſe, ſimilique, quo ſupra iuramento affirmarunt, & aſſeruerunt, ac quilibet eorum aſſeruit, & affirmauit, & tamquam talia ratificarunt, & approbarunt, ac ratificat,& approbat non ſolùm &c.,ſed omni &c.ſuper quibus&c. In quorum fidem &c. Datum Viterbij hac die 29. Martij 1722. Indictione XV. Innocentio XIII. Summo Pontifice ſedente anno eius primo. *Recognitio manus.*

Loco ✝ Signi.

Ità eſt Hieronymus Canonicus Ciaccius Cancellarius, vt ſupra rogatus &c.

R E V I S A

Io: Zuccherinius Sub-Promotor Fidei.

Io. Zuccherinius

[illegible handwriting]

Ad 1470507

gidæ proueniente necessariam ostendit Lancisius in ejus voto, itidemquè prætermissa fuit vstio, seù incisio debito tempore facienda, vt ait Hippocrates Epid. 7. tex. 9. ibi = *Hydropicos in Thorace secare oportet, Tabescentes verò vrere, Hydropicos minùs citò, Tabescentes verò citissimè secandos, aùt vrendos esse* = cuius remedij rationem reddit Scultet. Tab. 35. ibi = *Tabescentibus, & empyematicis purulentam materiam rupta vomica quasi tractu Colligentibus statìm Thorax aperiendus, primò, ne ipsi suffocentur à puris copia Pulmonum dilatationem impediente, secundo ne in ipsorum Pulmonibus, aliauè Thoracis parte, ob puris acrimoniam vlcus oriatur, quod aùt nullius, aùt difficillimæ Curationis est* = Idemquè firmat Bonetus *in mercur. Compital. pag.* 165, *num.* 21., vbi adducta auctoritate Hippocratis subdit = *Sanè mihi persuadeo, hanc Curationem futuram multis vtilissimam, si tempestiue adminiltretur; nùnc verò paucis, aut vix vllis est auxilio, quià, aùt non fit, aùt omninò tardiùs multò, quàm oportet; partìm quia ipsi Medici quasi magna sint hæc formidant, partìm quià Ægri nolunt obedire, nisi cùm se mori apertè iàm vident, tùnc verò serò obediunt; Tempestiuus verò horum vsus est, cùm adhùc ægrotis vires sunt, quæ ferant* = Cùm ex eo quod in nostra ægra vires jàm penitùs prostratæ essent Medici Curæ, qui nimis serò de hoc remedio cogitauerant, ab eodem abstinuerint, hinc meritò, vt dicebamus, dubitandum est, àn medicamenta Ægræ tradita fuerint congrua, & verè morbo proportionata,

36 Sed qualiacumquè tandèm ea possent in circumstantijs casus dijudicari, hoc vnum certum, & incontrouertibile est, quod agnita ab ipsismet medicis eorum inutilitate, quodquè ijs non obstantibus morbus in dies grauior fiebat, vnanimi consensu censuerunt ab eorum vlteriori vsu fore abstinendum, vt supra ostensum fuit; Vndè hinc potiùs magis, magisquè confirmatur insanabilitas morbi, eiusque proindè miraculosa sanatio, itaùt meritò in hypothesi vsurpari possit illud sapientiæ 16. = *nequè herba, nequè malagma sanauit eos, sed tuus Domine sermo, qui sanat omnia* = vti rectè animaduertit Angel. Victor. *consult.* 28. *in prognost., & consult.* 83., & declarant Auditores Rotæ in relatione S. Andreæ Corsini apud Lezan. *consult. prima num.* 261., *&* 269., & liquet ex pluribus Canonizationum monumentis, & præsertim Sancti Petri Cœlestini, ex Constit. 4. Clementis V. §. 15. *Bullar. tom.* 1., S. Raymundi ex Constitut. 77. Clementis VIII. §. 36. *tom.* 4., & S. Rosæ Limanæ *ex Constit.* 37., Clementis X. §. 43., *&* 57. *tom.* 5.; Potissimè enim etiàm ex hac circumstantia, quod desperantes Medici de vlla ope remediorum, ab eorum vsu cessauerint, miraculosam dijudicandam esse sanationem postmodùm subsecutam, bene ad rem ponderant Auditores Rotę in relatione S. Teresiæ ad vndecimum post mortem miraculum, & in relatione S. Pij V. in tertio miraculo.

37 Ceterùm admisso etiàm per falsam hypothesim, numquàm tamen concesso, quod remedia applicata aliquantulum naturam iuuassent, non indè tamèn miraculo detractum dici posset, quotiès integram sanitatem non præstitere, vt, materia funditùs examinata, concludunt Contelor. de Canonizat. Sanct. *cap.* 17, *num.* 1., Frances. *variar. resolut. cap.* 29. *num.* 48., *& sequen.*, Auditores Rotæ in relatione S. Andreæ Corsini impressa post primam consultationem Lezzanæ *par.* 2. §. 5.; Idquè clarissimè comprobatur ex miraculosa sanatione Cęcitatis Tobiæ secuta post applicationem fellis piscis, de cuius natura

quam-

quamuis sit extergere albugines inueteratas, vti testantur Plin. *cap. 7. lib. 32.*, & Galen. 10. *de simplic. medicam. facult. cap. 12.*, attamen plerique conueniunt in illa visus restitutione miraculum intercessisse, quippe quia Deus compleuit id, quod inchoatiuè, & absque complemento naturæ vires inceperant præstare, vti opportunè animaduertit Franciscus Vallesius de Sacr. Philosophia *cap. 42. pag. mihi* 334. ibi: *Itaquè omnia hæc per naturales causas euenerunt Tobiæ, permissu tamen Dei, qui primum quidèm virum Sanctissimum morbo tanto probari voluit, deindè medicamen idoneum, cum sibi placitum est, reuelauit, & in maiorem sui gloriam auxit vires medicamentis.*

28 Et fortasse etiàm melius ad rem confert exemplum, quod legitur *lib. 4. Regum* de Naaman Principe Syriæ, qui fuit à lepra mundatus, postquàm iussu Elisęi septiès se lauit in Iordane; quamuis enim etiàm hæc Septena lotio non nihil sanationi naturaliter conferre potuerit, quià tamen ea non sufficiebat, hinc est, quod miraculum in facto illo non excluditur, vti prosequitur idem Vallesius de Sacra Philosophia pag. 314., Ex ea nempè ratione, quod in similibus circumstantijs Deus supplere dicitur in genere Causæ efficientis id, quod causæ naturales integrè, & perfectè operari non possunt, vti ad rem latissimè probant Ioannes Bustamant. *de Animant. Sacr. Scriptur. lib. 2. cap. 3. à num 23. vsquè in fin.*, Ioannes Bineda *de reb. Salom. lib. 4. cap. 13.*, Turreblanc. *Iur. Spirit. libr. 1. cap. 9.*, Emanuel. Vall. *de Incantat., seù Ensalm. opusc. 1. sect. 2. cap. 11. num. 23., & 24.*, Francesc. *resol. cap. 29. num. 48., & sequen.*, Contelor. *de Canonizat. Sanct. cap. 17. num. 20.*, Castellin. *eodem tractat. cap. 18. punct. 11.*, Panuin. in relat. S. Bonauenturæ *part. 2. artic. 6.*, Rot. in relatione Sancti Francisci de Paula *in fin.*, & in relatione S. Andreæ Corsini *par. 2. §. 5.*

